manibus tangit Librum Euangeliorum, quod à Ministris præsentatur à Canonico Assistente illudque osculatur nihil dicens. Ponit incensum in Thuribulo, illud benedicendo dicens: Ab illo benedicaris & et facta Cruci reuerentia illam triplici ductu incensat, et duplici Reliquias, prius existentes à Cornu euangelij, deinde sitas à cornu epistolæ, et subsequenter Altare totum more solito, nihil tamen dicens. Si vero reperiatur publice in Altari expositum (prout sæpissime in festis solemnibus practicatur in Polonia) SSmum Eucharistiæ Sacramentum incensatur flexis genibus, et fiunt semper genuflexiones iuxta morem Romanorum.

Incensato Altari reddit Thuribulum Canonico digniori assistenti, qui illum incensat, accepta tamen prius Mitra. Statim ac fuit incensatus legit introitum, et dicit Kirie